

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Reuerencia m cum uariis

Multum egerunt qui ante nos fuerunt sed non peregerunt. Suscipiendi tamen sunt et ritu deorum colendi. Quam uenerationem preceptoribus meis debeo, eandem illis preceptoribus generis humani a quibus tanti boni incia fluxerunt. Si consulem uidero aut pretorem, omnia quibus honor haberi solet faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semita sedam. Quomodo ergo Marchum Catonem, Lelium Sapientem et Socratem cum Platone in animum meum sine dignacione summa recipiam? Ego illos ueneror et tantis nominibus assurgo.

Seneca LXV. epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

meis debeo eandem illis preceptoribus *om.* B; uidero] uideo P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; semita] semitam P V<sup>1</sup>; sedam] cedam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Catonem] et *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; animum] n *add.* (*del. infra*) M; nominibus] nobilibus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>